UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

E Ante P

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

ſit diminutiuũ Enſiculus.

Enteron: latine inteſtinum. Hinc quidã exenterere ꝓ euiſcerare deduci putant.

Enterocela dicitur cum inteſtina dilabunt̃ in ſcrotum Epiplocele cum omentũ: hygrocela: cũ in alterum e teſtibus humor confluit. Omiſq; has ſpecies noſtri vocãt hernias inquit Celſus. Ramices vero qui ſequunt̃ Porocela cũ ex abſceſſu aliquo circa ſcrotum materia ſubduruit. Sarcocela cũ in ipſo ſcroto concreuit caro. Cirſocela cũ venę intumuerunt tunicis teſtiũ integris: vel in ipſo ſcroto: vel cũ bubonocela dr in inguine. Eſt tamẽ vbi Plin. Enterocelã dixerit ramicẽ: vt in medicinis cupreſſi.

Entheſis penul. cor. latine interpoſitio.

Entheus a. um. diuinũ quaſi deo plenum ⁊ furore afflatũ. Unde Enthei pythonici qui apollinis ſpiritu repleti prebeant oracula.

Eenthymema penul. pro. ⁊ Enthymematũ ἐνθύμη μα απο τoυ θυμoύ παραγεται καί ενη τοί ενγοσ καί ενθιμησισ ideo dr ↄſiliũ cũ alij cõmẽtũ: alij cõmentationẽ: alij ratiocinationẽ imperfectã interpretant̃: dictũ ab εθυμουμα ꝙ mẽtis actio omis atq; ſentẽtia enthymema nominet̃ ſicut docet Cice. in top. Ponit̃q; ꝓ argumẽto ex vno aſſumpto ↄcludente. Hinc imperfectus ſyllogiſmus dicit̃: vt homo eſt ſubſtantia: ergo aial eſt ſubſtantia. Nã vt inquit Ariſto. fit ex vocibus ⁊ ſignis .i. ex probabilibꝰ ⁊ neceſſarijs ꝓpoſitiõibꝰ. Iuue. Aut curtũ ſermone rotato Torquea enthymema.

Enucleo as. aperio ⁊ nucleũ extraho. Nucleus vero a nuce deducit̃ quod tenerũ in nuce includitur. Per tranſlationem enucleare ſignificat declarare ⁊ explanare. Enucleate aduerbiũ purgate exquiſite ac ſine aſperitate. ab eo: ꝙ nucibus ſeparatis a teſtis nucleorũ vſus vtilis ſit. Cic. lib. iiij. tuſ. Habes ea quę de perturbationibꝰ enucleate diſputant.

Enyo furor belli. Mar. in primo. Nec te decipiat ratibus naualis enyo.

E Ante O

Eo is. iui. vel ij. itum cũ omibus cõpoſitis: ſignificat iter capio: a gręco εαω quod eſt omitto: quia eũdo locum omittimus in quo eramus. Uirg. It triſtis arator. Interdũ ire ſignificat venire. Teren. in adel. Queſo vt vna mecũ ad matrem virginis eas. Interdũ recedere. Aug. li. ij. cõ. Hei mihi ⁊ audeo dicere tacuiſſe te deus meꝰ cũ irem abs te longius. Ire aũt in ſententiã pedibꝰ eſt alterius ſentẽtię non ꝟbo: ſed corpore accedere. Liui. Qui hoc ſentitis in dexterã partẽ pedibꝰ trãſite. Quę maior pars erit eo ſtabit̃ conſilio: deinde frequẽtes omes in dexterã pedibus tranſierũt. Hęc ratio inuẽta eſt: ꝙ nonnũq; longum eſt audire ſingulos dũ plurimi ſunt: vel duo capita: ſententiarũ ſunt: vt res expeditiores fiant. Aliqñ ne pedibus quidem pręmultitudine ad ſentẽtiã ire poſſumus. Ideoq; manu ſententiã ſignificamꝰ. Quod Quintil. intelligit vbi ait. Manibꝰ pedibuſq; imus in ſententiã neceſſitat. Huiꝰ verbi futurũ indicatiui modi tam in am: q; in bo: cum ſuis cõpoſitis facit: licet Diome. tñ in bo dicat. Aug. Prodiet tanq; ex adipe iniquitas eorũ. Sciendũ quoq; eſt ꝙ eo cũ ſit neutrũ in cõpoſitione tñ plerũq; mutat terminationẽ: vt Adeo adeor. Obeo obeor. Interio interior. Subeo ſubeor. Iuue. Quod ſi ſubeuntur proſpera caſtra. Claudiꝰ. Pugna acriter commiſſa: ac multis vtrinq; interitis. Uirg. lib. ix. Morte obita qualis fama eſt volitare figuras. Cõponit̃ eo cũ ab. Abeo: ad Adeo: am. Ambio: in quo b. interponit̃ euphõie cauſa. Ante anteo. Con coeo in quo abijcit̃ n. Contra contraeo. Circũ circũeo. Ex exeo. In ineo. Intereo. Intro introeo. Ob obeo. Per pereo. Pro prodeo: in quo d. interponit̃ ſonoritatis gratia. Pre preeo. Preter pretereo. Re redeo. Se ſedeo quaſi ſeorſum eo. Sub ſubeo. Super ſuperbio: vbi interponit̃ b. et e. mutatur in i. Trans tranſeo. Uenum veneo. A ſupino itum itu fit itus us. et Itio. Cice. Quid noſter itus ⁊ reditus. Idẽ. Nã plura de obuium itione ſimile locuti fueramus.

Eo pro tanto ſicut ⁊ quo pro quãto ponitur: vt eo magis: quo magis. Saluſti. Statim res geſtas populi romani carptim vt quęq; memoria digna videbunt̃ pſcribere eo magis ꝙ mihi a ſpe metu partibꝰ reip. animus liber erat. Quandoq; ponitur pro ideo vel propterea. Terẽ. in eu. Eo ne es ferox? Et in eadem Eo ad eã non admiſſa ſum. Aliqñ ſignificat huc vel vſq; illuc. Liui. li. ij. Ipſa veſtigia querentẽ dominũ eo deductura erat. Aliqñ id vel vſq; ad id: vt apud eundẽ: quę ab exiguis ꝓfecta initijs eo creuit: vt iã magnitudine laboret ſua. Sic dicimꝰ eo magnitudinis qd ẽ ad eã magnitudinẽ. Eo ſapiẽtię deuenit. i. ad

Eouſq; in tantũ. Ual. max. lib. j. Natã (eã ſapientiã. vitẽ eouſq; creuiſſe donec ętas cũctas dñationis ſuę part inumbraret

Eous pma ſyllaba produ. oriẽs dr ab ηωσ qd ẽ mane ⁊ aurora. At eous prima cor. a lumine appellamus ẽ vnus ex equis ſolis: qſi lucifer ac oriẽtalis: ꝙ mane aſſurgẽs orbẽ illuminet εωσ em̃ gręce lux dr ꝓ quo nos dicimꝰ eoũ. Uirg. li. j. geor. Aut cum ſole nouo terras irrorat eous. Et Ouid. li. iiij. me. Modo ſurgis eoo tẽporibus celo modo ſerius incidis vndis.

E Ante P

Epaminundas thebanus vir fuit: honeſto genere natus: patre polymno cithariçare: ⁊ cantare ad chordarũ ſonũ doctus eſt a Dionyſio. Carmina cantare tibijs ab olympiadoro. Saltare a Caliphrone i phia preceptorem habuit Lyſiam pythagoreũ. Hic fuit modeſtus: prudens: grauis: peritus belli: fortis manu: animo maximo: adeo veritat diligens: vt ne ioco quidem mentiretur. Uide Plutrachum. Hic cũ apud Leutra. Lacedemonios plaga peſtifera adeo affeciſſet: vt ex eo tempore lacedemoniorum opes corruerint principatum gręce amiſſum vltra reparare nequiuerint dicere ſolebat: orbum ſe nõ tamẽ ſine liberis mori: et ex ſe natam relinquere pugnam leuctricã: hic poſt facinora edita extremo tẽpore apud Mantineã cũ acie inſtructa ⁊ ducis optimi: ⁊ milit fortiſſimi officio fungit̃ ſparto agreſti telo percuſſus ictu mortifero: relatuſq; in caſtra ſemianimis requiſiuit a circũſtãtibus ſaluus ne eſſet clypeus. Cũ ſaluum eſſe flentes ſui reſpondiſſent allatũ veluti ſociũ laborũ glorięq; oſculatus eſt. Iterum queſiuit eſſentne fuſi hoſtes? Cumq; id quoq; vt cupiebat audiuiſſet: euelli tum deniq; ſpiculũ iuſſit. Ita multo ſanguine ꝓfuſo in leticia ⁊ in victoria mortuꝰ eſt. Cuiꝰ morte thebanorũ vires hebetatę ſunt: vt nõ tã illũ amiſiſſe q; cũ illo interiſſe oẽs viderent̃. Nã añ Epaminũdã thebani alieno iperio paruerũt: poſt interitũ eiuſdẽ in ſeruitutẽ priſtinã reuoluti ſunt vt manifeſtũ ſit gloriã thebanã cũ illo natã: ⁊ cũ illo extinctã fuiſſe.

Epacta ab επαγω qd ẽ addo ex επι ⁊ αγω cõpoſitũ

Epagon ontis. artemo a noſtris vocatur. Trocleeq; id genus eſt quę in machinis tertia dicatur: quod et Ergeta dicitur a Uictruuio. Idq; vernacula ſimplicitas appellat Arganum.

Epanalepſis replicatio vel repetitio ab ἐπί ⁊ ἀνά q duo ſimul re: ⁊ iterũ denotãt: atq; ληψις acceptio. Figura quę fit quãdo vna dictio in principio verſus ſumpta iterum in fine verſus ponitur. Iuue. Creſcit amor nũmi q̃tum ipſa pecunia creſcit.

Epanaphora latine repetitio.

Epanado penulti. coꝛ. regreſſio ex επι ⁊ ἀνὰ que retro indicant et οδοσ via: quaſi retro poſt viam vt pꝛincipatus bonus: non autē bonus qui in tyrannidem commutatur.

Eparchia pꝛouincia Eparchiotes pꝛouincialis: eparchus preſes ꝓuincie.

Epaphꝛoditus penul. coꝛ. dicitur venuſtus: iucūdus.

Epauxis dici poteſt incrementū.

Epectaſis penul. coꝛep. dici poteſt poꝛrectio. Figura qua in medio dictionis littera vel ſyllaba interponitur: vt induperatoꝛ pꝛo imperatoꝛ ex επι ſuper εχτιρω extendo.

Epentheſis pe. coꝛ. Interpoſitio ex επι ⁊ εν que dicūt inter ⁊ θεσισ poſitio: vt relligio.

Epeus penul. pꝛo. nomē ꝓpꝛiū endymionis filij ⁊ peonis fratris: a quo Epee ciuitas in grecia επιοσ hic equum ligneū extruxit quo troia perdita ē. Vir. Et ipſe doli fabicatoꝛ epeus.

Ephebus penul. pꝛo. pubes dicit̄ ꝙ iam ſit in pube et ad annos pubertat̄ ꝑuenit ex επι ⁊ hebe pubertas. Iuuena. Armenius zelotes cūctis narrat̄ ephebis. Terē. in an. Nam is poſtꝗ̄ excellit ex ephebis ſoſia liberius viuendi fuit poteſtas. i. poſtꝗ̄ excellit ex ea etate qua pubem pꝛimo emiſit.

Ephebia pubertas dicta eſt. i. pꝛima etas adoleſcētie. Adoleſcētia vero extrema pueritie inquit Do. Cenſoꝛinus ſeparat ephebos ab exephebis tanꝗ̄ ephebi dicant̄ in. xvj. etatis anno. Exephebi vltra illud tēpus appellentur. Inde ephebeum dictum paleſtre membꝛum in quo ephebi exercentur: de quo Vict. libꝛo. v. ſic inquit. In duplici poꝛticu collocētur hec membꝛa ephebeū in medio. Hoc autem exedra ampliſſima: i lib. ij. macha. Ephebia fe. genere dicit̄ vbi ſcriptum eſt. Super hoc ꝓmittebat ⁊ alia talenta cētū quinquaginta ſi poteſtati eiꝰ ꝯcederet̄ gymnaſiū ⁊ ephebiā ſibi ꝯſtituere. Et paulopoſt: Etem̄ auſus ē ſub ipſa arce gymnaſiū ꝯſtituere et optimos quoſqꝫ epheboꝛū in lupanaribus imponere que επι και ηβηθεα τησ ηλικιασ.

Ephegeſis penul. pꝛo. grece εφηγέσισ latine expoſitio pꝛioꝛis dicti.

Ephemeris penulti. coꝛ. liber in quo res geſte ꝑ ſingulos dies ſcribunt̄. Latine acta diurna ⁊ diariū dicit̄ εφημερισ. ιδοσ quotidianꝰ ab επι ⁊ ημερα dies mos fuit romanis vt ſinguli rerū ſuarum tabulam conficerent. Vn̄ Iuue. accipit ꝓ libꝛo in quo diurnales diuinationes erant: cū ait In cuius manibus ceu pinguia ſuccina tritas cernis ephemeridas. Pꝛopꝛtius vero ꝓ libꝛo feneratoꝛis in quo ſummas pecunie mutuatice feneratēqꝫ perſcribit ⁊ ratiunculā per ſingulos dies expenſi acceptiqꝫ ſubducit ⁊ lucra dānaqꝫ cōputat. Dicit em̄: me miſerū his aliquis rationem ſcribit auari ⁊ ponit duras inter ephemeridas. Sene. vocat id genus libꝛoꝝ Calendariū li. de beneficijs. Nemo bn̄ficia in calendario ſcribit. Et alibi. Calendariū verſat: fit ex dn̄o ꝓcuratoꝛ.

Ephemerinos febꝛis vnius diei eſt. Amphemerinus vero quotidiana eſt ⁊ ex humoꝛibus coꝛruptis pꝛeſertim pituita coaleſcit.

Ephemeron animal oꝛtū apud hippanē fluuiū: apud boſphoꝛū Ariſto. lib. v. animaliū.

Epheſus penul. coꝛre. vꝛbs Ionie ſeu lydie celeberrimo diane tēplo clara ab amaçonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis a tota aſia factum fuit in ſolo paluſtri: ne terremotus ſentiret. In eo centum vigintiſeptem colūne fuerunt a ſingulis regibus facte ſexaginta pedum altitudine inter quas triginta ſex celate fuerunt miro artificio. Hec ciuitas nauale ⁊ poꝛtū habuit: ⁊ loci opoꝛtunitate multum creuit ⁊ maximū citerioꝛis aſie empoꝛium fuit. Ex epheſo Heraclitus cognomento Scotinus fuit ⁊ hermodoꝛus qui pꝛopter excellentiā ingenij ⁊ doctrinam et qꝛ frugi erat in exilium miſſus fuit. Hypponax poeta ⁊ parrhaſiꝰ pictoꝛ ⁊ appelles: ⁊ Alexander oꝛatoꝛ: et Theodotion iudeus qui ſacrā ſcripturā interpꝛetatus eſt.

Epheſtius latine domeſticus familiaris dicitur.

Epheſtris idis. a grecis dicitur veſtis que armatis ſuperinduitur.

Epheſtiades inſule que a latinis Vulcanie et eolie: ꝙ eolus iliacis tempoꝛibus illic regnauerit. De quibꝰ ſupꝛa in dictione eolus.

Ephippia equoꝛū oꝛnamenta απο του επι και ιπποσ greci equum dicunt ꝓpꝛie tegimina ſeu ſtragula quibus equi ſternuntur: vel ſelle equis ad inſidendum impoſite. Cato. Mihi puero modica fuit vna tunica: id ē toga ſine faſceis calciamenti: equus ſine ephippio. Hinc equites ephippiati: qui ephippia habent in equis. Ceſar. Non coꝛū moꝛibus turpius aut inertius habetur ꝗ̄ ephippijs vti: itaqꝫ ad quēuis numeꝝ ephippiatoꝝ ꝗ̄uis pauci adire audent. Equi ſine ephippijs deſultoꝛij dicūt̄: ꝙ ex his facile deſiliāt. Ex equi ephippiarij: quibus ſelle imponunt̄ ꝓpter molliorē vecturā. Generaliter aūt oīa ꝗ̄ mulꝰ equis aſiniſve inſternunt̄ ſtrata dixere: ⁊ equos ſtratos ac inſtratos eis oꝛnatos. Vide i dictiōe Strata.

Ephialtes a noſtris dicit̄ incubus.

Ephyra e. ſeu ephyre es. penul. coꝛ. vꝛbs Achaie que nunc Choꝛinthus dicitur. Luc. lib. vj. Aut pelopis lat? ephyren abrūpere regnis. Sic dicta ab ephyra Oceani filia. Hinc ephyreus a. um. Pꝛop. Nō ita cōplebant ephyree laidos edes. Luc. li. vj. Inſedit caſtr? ephyreaqꝫ menia ſeruat. Nā Virg. Ephyreia era pꝛo coꝛinthijs dixit lib. ij. geoꝛ.

Ephyre arū. nomē vꝛbiū in theſſalia. Epiro Theſpꝛotis etolis ⁊ pheredis a quibꝰ ephyri populi vocāt̄.

Ephod dictio hebꝛea qua ſignificat̄ ſuperhumerale pontificis veſtimentū.

Ephodius: ſiue ephodion: viaticū ⁊ qn̄qꝫ ſumitur pꝛo apparatu quaſi επιεpτη οδω.

Ephoꝛus penul. coꝛ. nomen pꝛopꝛiū hiſtoꝛici cumani viri: ⁊ latine ſupinſpectoꝛ pꝛeſes ꝑfectus epiſcopus ab επι ⁊ ορω aſpicio. Quo vocabulo cicero vtitur ꝓ quodā magiſtratu lacedemonioꝝ. Erāt em̄ Ephoꝛi tales apud lacedemonios quales apud romanos tribuni plebis qui a Theopompo ſic oppoſiti regibus ſūt: vt apud romanos ꝯſulibus tribuni. Satis conſtat ab ephoꝛis reges eiectos alios fugiſſe: alios interēptos olim ꝓ miniſtris regū fuerūt: paulatim deinde omnē potentiā in ſe transferentes ad id licentie ꝑuenerūt: vt ſenſim a rege magiſtratū ꝓpꝛiū conſtituerint noīe Ephoꝛiā. Ephoꝛia Tutela.

Epi ꝑpoſitio greca: ꝗ̄ qn̄qꝫ ad: qn̄qꝫ in: qn̄qꝫ aduerſus vel contra: qn̄qꝫ ſupꝛa ſignificat.

Epialos genus febꝛis ex pituita frigida: ſed vitrea putrefactaqꝫ nomē dedit ei placida pellacia pōti ſubdola quā greci αλσ αλοσ ηπισητα quoniam agitatum ex tranquillo difficillimū efficit̄ vel απο του ηπιοσ αλεαίνειν qꝛ blande ac modice calefaciat.

Epibate: ſūt bellatoꝛes in re nautica. Hircius in commen. belli alexandrini. Capta eſt vna hoſtiū quadriremis depꝛeſſa eſt altera: alteraqꝫ ꝑturbata: deinde om̄es epibatis nudate. Idē in cō. belli aphꝛici Remigum partem ex claſſe galloꝛum rhodioꝝ epibatarum armata επιβατησ tū pꝛopꝛie aſcenſoꝛ dicitur απο του ρηματοσ βαινω.

Epibathꝛa e. penul. pꝛo. ſcala nautica.

Epicharida pe. coꝛ. genus nauicule.

Epicheremata argumentationes ſunt que nonnulli

rationes appellauerũt. Cicero ratiocinatiua. Hier. ad Aug. Ego ſimpliciter fateor: dignationi tuę licet ſtilus επιχειρηματα tua mihi viderent̃ tñ non temere exẽplaribꝰ litterarũ credendũ putaui.

Epicenũ latine cõmune: promiſcuum ex επι καὶ κοινον. quod eſt cõmune intereſt autem inter genus cõmune ⁊ epicenon: ꝙ in genere communi et homines ſunt ⁊ pecora: in epiceno pecora tantum. Et in genere cõmuni ambo articuli ſunt. Hic ⁊ hęc cũ nomine cõmunicat: vt hic ⁊ hęc canis. Epicenon autem cum articulo vno maſculino cõmunicat nomẽ fęmininũ: vt hic paſſer: ſub quo intelligitur fęmina. Et ſub neutro intelligit̃ fęmina: vt hoc pecus: vt Virgl. Lenta ſalix fęto pecori. i. grauido.

Epicharmus nomẽ phi Siculi eruditione ꝑcellẽtis et acumine ingenij ꝑditi. Cuius mentionẽ facit Cicero lib. j. tuſ. q. Suidas επι χαρμοσ τιτυροθυ ηχει μαρου και σικιδοσ σιρακουσιοσ οσ ευρετην κωμωδιαν και ταλοιπα.

Epicurus penultima produ. nomen philoſophi voluptarij. A quo dicta eſt ſecta Epicureorum qui ſummum bonum in voluptate collocant. De quibus Sidonius Aſt epicureos eliminat vndiqꝫ virtus. Hic fuit athenięſis Pago Gargetius hortoꝝ magiſter. Unde a Papinio in ſyluis dr. Hallet deſerto ſenior gargetius horto.

Epictetus penultima producta nomẽ philoſophi ſtoici qui ex hieropoli phrigię vrbe originẽ ducẽs romę Epaphrodito cuidã neronis familiari ſeruiuit. Atqꝫ ad marci vſqꝫ Antonini tempora peruenit. Domitiano autẽ imperante eius dominatu offenſus roma hieropolim migrauit ratus verum eſſe quod eſt tragicum: patriã eſſe cuiuſqꝫ: vbi quis recte ageret. Tãta vero apud oẽs hoĩes eius vitę admiratio extitit: vt Lucianꝰ ſyrus epicteti lucernam fictilẽ tribus drachmarũ milibus ob eius auctoritatẽ veniſſe tradat. Hic Encheridion ſcripſit opus vtile quod angelus Politianus nuꝑ latinũ fecit.

Epicrocũ pe. cor. genus amiculi croco tinctum.

Epidamnus ciuitas Epiri. ab Epidãno rege barbarorum. Sed romani coloniam deducentes: vt inquit Plinius Dyrachium dicere maluerunt ꝓpter inauſpicatum nomen Epidamni: tanqꝫ a damno dicatur. Epidamnum ad quod alluſit Plau. in Men. cũ ait Ne mihi damnum in Epidamno duas tanqꝫ nomẽ inditũ ſit epidamno ꝙ illuc nemo ſine damno diuertatur. De hac Luca. libro. x. Ad campos epidamne tuos Apianus ſic habet. Epidamnus rex vrbẽ condidit quę ab ipſo nomen aſſumpſit. Huius ex filia nepos dyrrhachus portũ vrbi adiecit quod dyrrhachium appellatur.

Epi daphne duę dictiones: quaſi ad daphnen Locus in Syria de quo Stra. in Seleucide ſyrię quattuor inſignia ſunt oppida: ob id ⁊ tetrapolis dicta regio Antiochia. Epi daphne cognominata. Eſt autẽ Daphnę antiochẽſibꝰ vicinũ ⁊ amęnitate inclytũ nomẽ octaginta ſtadiorũ ambitu quo loco antiochenſium conuentus agitabatur. Dictũ a Daphne Ladonis filia. Jul. Capi. Verius poſteaqꝫ in ſyriã venit i delitijs apud Antiochiã ⁊ daphnen vixit. Ammianus Tunc apud daphnẽ amęnũ illud ⁊ ambitioſum antiochie ſuburbanum.

Epidaurus ciuitas in peloponneſo. vt Ptol. inquit a Strabone Epidaura dicta Plinius. Epidaurũ oppidum Aeſculapij templo celeberrimũ. Hoc etiam nomine dicta fuit inſula iuxta Dalmatiam i illyrico mari ſita. De qua Luc. lib. ij. Illyris ionias vergẽs epidaurus in vndas.

Epidromes dicuntur funes quibus retia tẽdunt̃ circa ſummã ⁊ imam partem ꝙ in his retia diſcurrãt επι enĩ ſignificat in: δρομω curro. Quidã accipiũt ꝓ anulis quibus cortina chordę appendit̃.

Epigamia ę. cõnubium: affinitas cum alijs gentibus.

Epigenes nomen phi byçantini.

Epigoni dicti ſunt auctores ſecũdi belli thebani quaſi fętus illorum qui primum confecerant bellum grece enim επιγονη fętus appellatur: et qui poſt gignitur. Inde Euripides tragicus: tragediam hoc argumento compoſitam epigonos inſcripſit: que agi expoſcebat voce magna ſcenicoꝝ ⁊ ſonora. Ob hoc dixit Cice. libro. j. offi. Ut hiſtriões voce freti agunt epigonos medeamqꝫ. Errãt qui exiſtimãt epigonos apud Stra. eſſe populos a quibus fabulę nomen inditum ſit: cum epigoni dicti ſint generali vocabulo oĩes illi qui ex diuerſis populis cõflati: ſcdm bellũ thebanũ duce alcmione confecerũt quaſi poſt geniti ⁊ filij illorum qui in primo bello ad thebas mortẽ oppetierant. Nam ex Statij lectione cõſtat bellum thebanum ⁊ noĩa ducũ: qui in eo bello occubuerunt. Quorũ filij vt mortẽ parentũ vlciſcerent̃ communi cõſilio contra thebanos iterum arma mouerũt qui acceperant reſponſum ab apolline eam ſe ciuitatem expugnaturos ſi Alcmeonem Amphiarai filiũ imperatorem rei bellice feciſſent. Igitur alcmeon exercitu ex grecis collecto contra thebas duxit copias: acerrimeqꝫ cõmiſſa pugna potitus eſt victoria ⁊ thebe captę ac dirutę ſunt. Epigoni etiam dicti ſunt ſucceſſores macedonum veteranorum qui ſub Alexandro magno ex aſiaticis fęminis ſobolem ſuſceperũt. Quę ſoboles vt hiſtorici memorant nomen habuit Epigoni: qui in caſtris nati: in armis educati a paruula ętate periculis exercitati: laboribꝰ durati prorſus inuicti extiterunt.

Epigrãma atis. ſeu Epigrãmatum ati. dicit̃ inſcriptio vel ſuperſcriptio ab επι ſuꝑ γραμμα littera: vel ſcriptio. Hinc epigrãmatarius ⁊ epigrãmatiſta pro eo qui epigrãmata cõponit.

Epigraphe pe. cor. titulus: inſcriptio: cenſus. i. dinumeratio ciuium luſtrum.

Epigryphus penul. cor. dr qui habet aduncũ naſum.

Epigloſſis ſeu epiglotis fiſtula exterior ẽ. Quo etiam vocabulo dr eius fiſtule ſuperior pars: qua cibꝰ potuſqꝫ ferunt̃. Totaqꝫ Curculio vocatur.

Epilepſia επιληψια penul. pro. latine correptio ſeu apprehenſio dr. Morbus eſt ſic dictus ꝙ mentẽ apprendens corpus pariter poſſideat ex melancholico humore. Cõtrahunt̃ enĩ nerui ex hoc morbo. Dicit̃ ⁊ morbus caducus. Vulgus appellat lunaticũ. Idẽ Comitialis appellatur eo ꝙ ſi cuiqꝫ in comitijs contigiſſe deprenſum fuiſſet dimittebant̃ comitia. Sũt etiam huius morbi alia nomina: de quibus in dictione Comitialis.

Epilepticus: qui ex Epilepſia laborat.

Epilogus penul. cor. latine concluſio. Nam quas nos concluſiones dicimus: gręci epilogos appellant ab επι quę diminutionẽ hic denotat: et λογοσ ſermo. Epilogus ẽ pars nouiſſima oratiõis: quã quidã cumulũ: quidam perorationem vocant. Rhetorici tripertitum epilogum faciunt: conſtantem ex numeratione amplificatione ⁊ comiſeratiõe. Per enumerationem fit rerum repetitio quę gręce dicitur anacephaleoſis. i. recapitulatio. Per amplificationẽ cõcitantur animi auditorũ. Per cõmiſerationẽ flectuntur ad miſericordiam.

Epilogiſmus cogitatio. Computus.

Epimachus penulti cor. nomen ꝓprium viri: et latine facilis expugnatu dicit̃.

Epimenides penulti. cor. nomẽ philoſophi cretenſis cõtemporanei pythagorę qui multa ⁊ verſu ⁊ proſa ſcripſit: vixitqꝫ annis. clxxix. vel ſecundum aliquos

ccxciiij. Vide Laertium.
Epimediũ: vt Pli. ſcribit eſt tertiũ bulbi genus cibis
gratũ anguſtius folio minuſq̃ aſpero.
Epimone penul. cor. latine perſeuerantia. Figura qñ
ad maiorem certitudinẽ in eadem dictione pſeuerat
vt apud Virg. Sic ſic iuuat ire ꝑ vmbras. Hec etiã
epiçeuſis vocatur.
Epinicia orum greci vocant premium et celebritates
ꝓ parta victoria επινικιοσ επι και νικαω οθεν
παραγεσαι και νικοτεοσ. Victorialis. Hier. lib.
ij. macha. Et cũ epinicia agerent in Hieroſolymis:
id eſt ſolennitates de victorijs. Sue. vero accipit ꝓ
carminibꝰ ac laudatiõibus cõpoſitis cũ in Nerone
ſcribit. Sequẽti die letũ inter letos cantaturũ epini-
cia que iam nũc ſibi cõponi oporteret
Epiphania grece apparitio ſeu manifeſtatio latine dr
φανω enĩ manifeſto. Hiero. dies epiphaniorꝫ greco
ſermone ſic vocatur. Quod enim apud nos appari-
tionem vel oſtenſionem dicimus: greci epiphaniam
vocant. Hoc autẽ ideo quia dominus noſter hodie
ſaluator apparuit in tenebris. Licet enĩ olim natus
eſſet ex maria: et triginta annorꝫ expleſſet etatem tñ
ignorabatur a mundo: eo tẽpore cognitus ẽ quo ad
Joãnẽ bap. vt in iordane baptiçaret aduenit: et vox
de celo patris intonãtis audita eſt. Hic ẽ filius meꝰ
dilectus in quo mihi bene cõplacui. Quem pater de
celis mõſtrauerat voce: hunc ſpirituſſanctus verſus
in columbam: ⁊ ſup caput illius ſedens tactu quoq̃
ipſo voluit demõſtrare: ne quis alius dei filius puta
ret ex populo. Epiphania q̃q̃ vocat cũ latitudo mẽ
ſuratur cũ longitudine. Vide in dictione Grame.
Epiphanes penul. ꝓ. latine illuſtris επι ſup φανοσ
clarus. Unde Antiochus epiphanes. i. illuſtris qui
fuit crudeliſſimus omniũ tyrannorũ.
Epiphora penul. cor. morbus oculorum: quem vulgo
lachrymã vocãt: cũ deſcẽſus humoris oculos angit
απο του επιφερειν. hoc eſt ab inferendo. Plin.
Caro peponũ epiphoris oculorũ ⁊ doloribꝰ ꝓdeſt.
Col. lib. vij. de maguderi. Eadẽ radix cõtuſa ⁊ cum
oleo lentiſci inuncta vitiũ expurgat: epiphorã ſup-
primit: polenta ꝯſperſa mulſa aqua. Dicit ⁊ de alijs
mẽbris. Pli. Teſtiũ ꝓ epiphoris cũ ramis laure
tenere adeo pecularis eſt.
Epirhediũ rheda: compoſitũ nomẽ ex greco ⁊ gallico
επι ⁊ rhede gallicũ latini epirhediũ dixerũt. Juue.
Tritoq̃ trahunt epirhedia collo.
Epirus pe. pro. continens dicit: hoc eſt firma terra: re
gio que moloſſa dicta eſt: et a chaone heleni fratre
Chaonia nunc vero albania vocat. Terminat Epi-
rus a ſeptẽtrione macedonia: ab oriente Achaia: ab
occidẽte Jonio mari. In ea ſunt ciuitates Nicopo-
lis ⁊ Ambracia. Hinc Epirota: qui eſt ex epiro.
Epiodum ſeu Epiodium canticũ quod dicit cadaueri
nondum ſepulto: alio nomine nenia dr ex επι ſuper
⁊ ωδον canticum.
Epiſcopus grecum inde ductum: ꝙ ille qui preficitur
ſuperintendit: curã eorum gerẽs επι ſup σκοποσ
intentio cõſideratio. Ergo επισκοπειν latine ſup
intendere poſſumꝰ dicere: vt intelligat non ſe epũm
qui preeſſe dilexerit nõ prodeſſe. Et proprie dicitur
qui ꝑeſt pani ceteriſq̃ venalibus rebus ciuitatibus
ob quotidianũ victũ neceſſarijs. Epiſcopatus digni
tas ipſa Epiſcopiũ epiſcopi habitatio. Epiſcopalit
intente. Aug. lib. v. cõ. Suſcepit me paterne ille hõ
dei: et peregrinationẽ meã ſatis epiſcopalit dilexit.
Epiſtola απο του επιστελλειν quod eſt mittere:
quia ad abſentes mittit. Hinc epiſtolare qd ad epi-
ſtolã ꝑtinet. Hier. Neq̃ enĩ epiſtolarꝭ anguſtia eua
gari longiꝰ patiebat. Libaniꝰ aũt i libello epiſtolãdi
αριστα δε αυτισ δυνηθειν επιστειλαι ειγγοι
ητιεστι επιστολη και τιλεγειν εναι τηθεμισ
εισ ποσ α προσ αγοριασ διαιρει ταιεπιστο
λη μεν ουν εστιν ομιλια εγιραμματοσ
απορτοσ προσ απορτα γινομεν ουκαι κρει
δη ωσκοπον εκ πληρουσ αερειδετισ εν αυ
τηωσ πορπαροντι προσ α πορτα δια ιρει
ται δεειο συχνασ τεκαι παμπολουσ προ-
σιγοριασ
Epiſtilium capitellum: quod ſup columnã ponitur.
Epiſtates grece dicit qui a nobis villicus ꝓcuratorq̃
ac ꝑpoſitus rei faciende vocat.
Epiſtomium dicitur in fontibus manu fabrefactis in
quibꝰ ſunt fiſtule plures aquã trãſmittentes. Sene.
ad Lucil. Niſi aquã argentea epiſtomia effuderint
⁊ adhuc plebeias fiſtulas eloquor. Varro lib. iij. de
re. ruſ. Cũ ⁊ aqua calida ⁊ frigida ex orbe ligneo mẽ
ſaq̃ quã dixi in primis radijs eſſe epiſtomijs verſis
ad vnũquẽq̃ factũ ſic vt fluat in cõuiuam.
Epiſchidion apud Vict: accipit pro cuneo.
Epiſynalipha conglutinatio duarũ ſyllabarũ in vnam
qd i diphthongo: ⁊ ſyncreſi fieri ꝯtingit. Nã συνα
λειφη cõiunctio dicitur.
Epithaphium latine ſupra ſepulchrum ταφοσ enim
ſepulchrum: ⁊ ſumit ꝓ laude poſt ſepulturã. Eſt enĩ
eulogium quod in ſepulchrꝭ marmoreis inciſum vi-
demus completa ſepultura. Accipit et pro titulo et
pro oratione funebri.
Epithalamium ſacer hymnus qui in ſpõſalicijs canit.
Epitheſis pe. cor. impoſitio impoſtura aggreſſus.
Epithetes modeſtus: impoſtor: fundator.
Epitheton penul. cor. a Quintil. dr appoſitũ ab alijs
adiectiuũ ab επι qd ſignificat in ⁊ τιθημι quaſi im-
poſitũ. Epithreta tribus de cauſis noibus addũtur
Diſcretiõis: vt phrigie molimur montibꝰ ide. Pro-
prietatꝭ: vt Terribili impexum ſetaq̃ ⁊ dẽtibꝰ atris.
Ornatus: vt alma venus.
Epithome es. pe. ꝓ. breuiariũ vl inciſio dr et cõpendi
um ab επι ſup ⁊ τομη inciſio vel interſectum.
Epitogium genus pallij: quod ſupra togã ferebatur.
Cõpoſitũ nomẽ ex greco ⁊ latino.
Epithima penulti. ꝓ. dici poteſt ſupimpoſitũ: opercu
lum θημα poſitum dr quicquid alicui rei imponit
ex quo ⁊ medicamenta q̃ ad refrigerandũ cor impo-
nunt Epithimata dicuntur.
Epithymia e. cum accentu in pe. latine dicit ꝯcupiſcẽ
tia deſideriũ vaporatio ſacrorũ.
Epithyrum genus edulij ſeu caſei ſiculi. Fit enim ab
επι et τυροσ caſeꝰ. Epithyrũ etiã ſiue pytyrũ dicit
a ꝯfracta oliua que grece dicit πιτυρισ. Vñ apud
Col. Epithyrũ conditura oliuarũ legimus.
Epitrapeçia dicunt generaliter mẽſis apta q̃ ſunt vaſ-
cula ⁊ potoria ⁊ eſcaria ab επι ⁊ trapeça menſa.
Epitrita penul. cor. pes ex quattuor ſyllabis conſtans
quarum vna ſemꝑ ab alijs tribꝰ diſcrepat. Primus
ꝯſtat ex iambo ⁊ ſpondeo. i. ex prima breui ⁊ tribus
longis: vt ſacerdos. Secũdus ex trocheo ⁊ ſpõdeo
. i. ex ſecũda breui alijs longis: vt ꝯditores. Tertius
ex ſpondeo ⁊ iambo. i. ex tertia breui alijs longis: vt
hereditas. Quartus ex ſpõdeo ⁊ trocheo. i. ex quar-
ta breui ceteris longis: vt Celeſtinus.
Epitrocaſmos verborum ſup ſeinuicẽ effuſio vl ſuper
menſio q̃ fit aduerſarij turbandi cauſa.
Epiçeuſis cõbinatio. Figura cuꝫ dictio in verſu abſq̃
medio aliarũ conbinat. Vir. Me me adſum q̃ feci.
Epos carmen heroicũ diuinarum rerũ ⁊ heroicarum
hũanarũq̃ cõprehẽſio. Mar. Scribamꝰ epodos ce
piſti ſcribere ceſſi Emula ne ſtarẽt carmina nr̃a tuis
Cõpoſitũ cũ ωδη q̃ et cantꝰ apud nos dr Epodus
quaſi carminis cãtus. Et inde Epodion diminutiuũ
. i. paruũ carmẽ qd a lyricꝭ clauſula breuis dr q̃ſi ꝑcis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſos verſus integris ſubijciat: vt apud Hora. Beatꝰ
ille q̃ ꝓcul negocijs. Deinde ſequit̃ ꝓciſus: vt priſca
gens mortaliũ. Et ſic deinceps alterni quibꝰ aliqua
pars deeſt: ⁊ ſunt ipſis ꝓcedentibus ſimiles.

Epule ab opulentia: ſiue ab edendo quaſi edipulę ſũt
cibi miniſterio hominũ in noſtrũ vſum comparati.
Epulũ vero ſignificat ſolẽniores ⁊ ꝓprie publicum
ↄuiuiũ in ꝓpatulo ciuibꝰ exhibitũ: ſiue in dedicatiõe
tẽpli: ſiue in triũpho: ſiue in funere: ſiue ludoꝝ cauſa
q̃le imperatores apud romanos ⁊ q̃le factũ eſſe cõſtat
a pluribꝰ q̃ teſtamẽto legauerũt ępulũ quotãnis ad
ſepulchrũ roſis ⁊ varijs reſperſum odoribꝰ ꝓ here/
ditatũ facultatibꝰ exhibẽdũ. Iuue. Vñ ępulũ poſſis
centũ dare pythagoreis. Sȝ ↄfundunt̃ q̃nq̃. Nam
epulũ ꝓ priuato ↄuiuio inuenit̃: et epulę ꝓ cõuiuio
in cõi. Cic. pro. L. Plan. Sepulchrũ. L. catiline flo
ribꝰ ornatũ: hominũ audaciſſimorũ ac domeſticorũ
hoſtiũ cõuentu epuliſq̃ celebratũ eſt.

Epulari eſt in cõuiuio eſſe: ſeu cõuiuari. Liui. lib. xxv.
Vulgo apertis ianuis in ꝓpatulo epulati ſũt. Cõ/
ſtruit̃ q̃nq̃ cũ actõ quaſi pro comedo. Amb. Non
ſtatim inquit epulamur oĩa: neq̃ potamus oĩa.

Epulones dicti ſunt conuiuę: vnde et coepulones qui
ſimul epulantur. Itẽ epulones dicebant̃ quos pon/
tifices ꝓpter ſacrificiorũ multitudinẽ eſſe voluerũt:
vt ludorum epulare ſacrificium cõficerent: auctor ẽ
Cice. lib. iij. de ora. Hi epulas ioui ceteriſq̃ dijs in/
ſtituẽdi poteſtatẽ habebãt. Unde Aug. li. de ci. dei.
aſſerit epulones perpetuos fuiſſe qui ad aureã io/
uis menſam ſtatuę appoſitã perpetui erant cõuiuę:
vt mimorum potius ⁊ paraſitoꝝ et contubernia: q̃
dei ſacra celebrarentur.

Epulare quod ad epulas pertinet: vt epulare ſacrifici
um: epularis ſermo: qui in cõuiuio fit. Apul. Iã illa/
tis luminibus epularis percrebruit. Epulares etiã
vocabantur qui in ſacris epulabantur. Var. Dum
epulares nocte epularentur.

Epulatorius a. um. qđ aptum eſt vt in epulis comeda
tur. Amb. ad Simpli. Bona opa epulatoria dicimꝰ
quę ſunt eſui. Et paulopoſt. Epulatoria ⁊ refectoria
requies in deo que facit animi tranquillitatẽ.

E Ante Q

Equus animal quadrupes qui et caballus ab ęquali/
tate dictus: detracta prima littera quę diphthongũ
faciebat: q2 pares eligebant̃ qui bigis: qua drigiſq̃
iungerentur. Equorũ alij gradarij qui molli gradu ⁊
ſine ſuccuſura incedũt. Contra ſuccuſſores ſeſſorem
frequẽter inquietãt. Alij dicunt̃ Veredi in curſu ve/
lociſſimi: quibus maiores vſi ſunt in venatione.

Eques generis cõmu. ſignificat hominẽ equo inſiden/
tem. Unde equites a peditibus diſtinguũt̃. Virg.
lib. viij. Interea premiſſi equites ex vrbe latina. Su
mit̃ q̃nq̃ ꝓ ipſo equo. Idem. Dorſoq̃ equitem do/
cuere ſub armis Inſultare ſolo: ⁊ greſſus glomera/
re ſuperbos. Et eques dicitur qui equeſtrẽ dignita/
tem adeptus eſt.

Equeſter ab eques fit: ſicut a pedes pedeſter. Unde
pedeſtres ⁊ equeſtres copię. Equeſtrem vero ordi/
nem medium fuiſſe conſtat inter patricios ⁊ plebẽ.
Hi olim ſub romulo regibuſq̃ celeres dicebantur
a Celere remi interfectore: deinde a flectendis ani/
mis: quonia iudices erant ſiue potius aflectendis
equis flexamines vocitati: poſtea Troſſuli a troſſu
lo oppido thuſcię: q id ſine vllo peditum adiumẽto
equites cepiſſent.

Equeſtre ęs. dictũ eſt quod equiti dabatur.

Equeſtria loca erant in quibus ſedebant equites. Se
neca. lib. vij. de benefi. Equeſtria omnium equitum
romanorum ſunt. Et iterum. Sed cum in theatrum
illic quia ſedere mihi licet. Sic popularia dicebant̃
vbi plebs ipſa ĩ theatro ſedebat. Sue. in Domi. Et
quia pars maior intra popularia deciderat quinq̃/
genas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtris ac ſena/
torij ordinis pronũciauit.

Equito as. dicitur de hoĩe equo inſidẽte: et de equo.
Lucil. de equo. Nempe hũc currere equũ nos atq̃
equitare videmus. Huius cõpoſita ſunt Adequito:
qđ ẽ iuxta equito. Liui. Adequitauit deinde ſenſim
portis. Obequito: circũ equito. Idem. Obequitare
iubet hoſtiũ port̃. Perequito ſicut ꝑagro vt apud
eundẽ. Cũ perequitaſſet aciem tantũ iniecit ardoris
vt cũ vltra ſuſtinuerint impetũ equi.

Equitatus modo equitum turmam ſignificat: ſicut
peditatus pro pedeſtribus copijs: modo actũ equi/
tandi. Plin. Fęmina equitatu atteri ⁊ aduri ſolent:
modo ordinem equeſtrẽ. Idẽ lib. xxxiij. Quinetiam
ipſum equitũ nomẽ ſępe variatũ eſt in ijs quoq̃ qui
ad equitatũ trahebantur.

Equarius a. um. quod ad equum ꝑtinet: vt equarius
medicus q̃ equis medet̃. Val. max. li. vlti. Helophi
lus equarius medicus. C. Martiũ ſepties cõſulem
auũ ſibi vendicando ſe excudit.

Equinus a. um. poſſeſſiuũ. Hora. Humano capiti cer
uicẽ pictor equinã Iungere ſi velit.

Equio is. de equis dicit̃ cũ coitũ appetũt ſicut caulio
de canibus et Subo de ſuibus. Col. lib. vij. Equiẽti
mulę cruda braſſica datur.

Equimentum merces quę datur pro admiſſura equi.
Var. An ſi equam emiſſes q̃drupedẽ vt meo aſino
reatino admittẽs q̃tũ popoſciſſes dediſſeȝ eq̃mẽti.

Equitiũ equorũ mandra. Ulpia. Equitij vſu legato vi
dendũ an ⁊ domare poſſit ⁊ ad vehẽdũ ſubiugo vti:

Equitius nomen viri propriũ ⁊ cognomen familię
romanę ab equo deductum.

Equile penul. pro. ſtabulũ equorũ ſicut ab oue ouile.
vñ Var. Suadet frenos in equili ſuſpendendum vt
oculi equuleoꝝ cõſueſcant videre eorũ facit̃: ⁊ e mo/
tu crepitꝰ audire cũ iã ad manꝰ accedere ↄſueuerint:
interdũ imponere his puerum.

Equiſo equorum domitor. Var. Nam vt equus qui
ad vehẽdũ eſt natus tñ traditur magiſtro vt equiſo
doceat tollutim incedere. Et non tantum equorum
magiſtrum: ſed etiam omniũ rerum quarũ ei regimẽ
concedit̃ equiſo deſignat.

Equitabilis: locus in quo equi facile inambulare poſ/
ſunt. Liui. Oportuna explicandis copijs regio erat
equitabilis: ⁊ vaſta planicies. Idem contrariũ poſu
it. Imber violẽtius q̃ alias fuſus campos lubricos
inequitabiles fecerat.

Equuleus diminutiuum: ſumitur pro pullo eq̃no ⁊ no
uello. Cice. in hortẽ. Ut igitur domitores equorum
non verba ſolũ adhibent ad domandũ: ſed cibũ etiã
ſępe ſubtrahunt: vt fame debilitet̃ equuleorũ nimis
effrenata vis. Eſt et equuleus tormẽti genus in equi
formã in quẽ conijciebantur rei. Cice. lib. v. tuſ. Hęc
etiã in equuleũ cõijciuntur: quo vita non aſpirat be/
ata. Idẽ de fi. lib. iiij. Nec ſi ille ſapiens ad tortoris
equuleũ a tyrãno ire cogatur ſimilem habeat vultũ
vt ſi ampullam perdidiſſet.

Equulus etiam diminutiuum. Cice. de ſignis. Equu/
los argenteos nobiles qui maximi fuerunt aufert.
Et li. iij. de natura deoꝝ. Oĩa in ꝑfectis ⁊ matur̃
docet eſſe meliora: vt in equo q̃ in equulo: in cane q̃
in catulo: in viro q̃ in puero. Var. ait equulum poſt
annũ ⁊ ſex mẽſes domari poſſe. Sic equula. Idem
Nemo ẽ tam negligẽs quin ſumma diligẽtia eligat
aſinũ qui ſuam ſaliat equulam.

Equiria ludi quos romulꝰ Marti inſtituit. In his eĩs
ludis currere in Martio cãpo equi ſolebant.